

ADNOTATIONES

A D

AESCHYLI CHOEPHORORUM PARODUM.

—
SCRIPSIT

THEODORUS LENHOFF.

ADDITIONES

ЛІБОНА ФІЛОСОФІЧНОГО КІПУЗА
Із збірника піснок на старовинній музичній ноті
1651 р.

Лібона Філософічного Кіпзуа
Із збірника піснок на старовинній музичній ноті
1651 р.



In Aeschyli tragoediis et emendandis et interpretandis quamvis egregiam jam operam ac diligentiam collocaverint Stanlejus, Schuetzius, Blomfieldius, Wellauerus, Muellerus, Hermannus, Klausenius multique alii, ut multa bodie legi et intelligi possint, quae antea obscura fuerint aut corrupta: tantum abest, ut post tot tantorumque virorum studia absoluta et omni ex parte perfecta illarum possit interpretatio putari, ut multa etiamnunc repetitam tractationem desiderare editiones atque observationes illorum virorum vel leviter insipientibus facile appareat. Restant enim in his tragoediis permulti loci, in quibus aut omnium codicum lectio manifesto adeo est depravata, ut ad conjecturas configiendum necessario sit, aut verborum sensus adeo obscurus atque involutus, ut in diversa plane abiisse interpretes neutiquam mirum sit. Quo fit, ut sive emendationem verborum spectamus, sive subtiliorem sententiarum explanationem, larga etiamnunc bene merendi occasio praebeatur.

Quodsi ego ausus sum, hac scribendi opportunitate oblata hunc poetam ad interpretandum difficillimum eligere, id non feci opinatus, me ubique res plane novas doctisque inauditas in publicam lucem emissurum, sed quum studiorum meorum decursu praeter cetera ad poetas Graecorum tragicos, praecipue Aeschylum, optimis ducibus in universitate Halensi et Berolinensi olim delatus postea quoque in iis tractandis summa quadam cum oblectatione omne meum otium consumpsericim, hoc fuit propositum meum, ut in quibus locis explicandis recentissimi Choephororum interpretes vel ambigunt vel a vero plus minus aberrare videntur, meam qualemque proferam sententiam. Quam si non ubique plane reprobandam harum rerum periti existimavereint, cumulate mihi erit satisfactum, neque dubito nisi perinvitus, quin aliquid saltem sit, quod viris doctis comprobetur. Quum autem haec scriptio scholastica arctis quibusdam finibus circumscribenda esset, ex primo Choephororum carmine eos locos, quorum maxime dubia videtur esse interpretatio, uberiore disputatione tractandos suscepimus.

v. 20. *ἰαλτὸς ἐκ δόμων ἔβηρ.*

Plerique codices exhibent ἔβην, pauci ἔβη. Qui lectionem ἔβη receperunt, ut Klausenius, ii vocem *ἰαλτὸς* substantivum esse putant designans idem, quod *στόλος*, *legatio*, *pompa*, formatum ut *ἱετός*, *παγετός*, *κωνυτός*, *ἀμητός*, *τρυγητός**). Cui interpretationi illud primum adversatur, quod hoc substantivum omni auctoritate caret; deinde quum chorum hoc exordio breviter significare velle pateat, in quonam munere versetur exsequendo, consentaneum potius videtur, semet ipsum quam legationem inferias portantem ex aedibus egressam cum dicere, personarum, ex quibus illa constet, mentione nulla facta. Praferenda est igitur sine dubio lectio *ἰαλτὸς ἔβηρ*, missa processi. Quod masculini forma *ἰαλτὸς* de feminis usurpata est, neminem offendet, quum tragicī potissimum hiatus effugiendi causa (ut docet Lobeck ad Soph. Aj. v. 224) ex mobilibus saepenumero communia faciant. Confer infra v. 236 *δακοντὸς ἐλπίς*. Soph. Oed. Col. v. 1460 *βροντὴ πτερωτὸς ἥδε*. Trach. v. 207 *κοινὸς ἀρσένων ἦτο κλαγγά*, quae quidem constructio prorsus est Homericā, Il. β, 742 *κλυτὸς Ἰπποδάμεια*.

v. 21. *χοᾶς πρόπομπος ὁξύζειρι σὺν κτέπῳ.*

Adjectiva verbia verbi sui casum subinde retinent, ita ut hoc loco *χοᾶς πρόπομπος* idem sit quod *χοᾶς προπέμποντα*. Cfr. Soph. Antig. v. 783 φύξιμός σε ibique Brunck. Quod structurae genus quum nunc doctissimi quique communi iudicio probent, non video, cur non nulli editores alteram lectionem *χοᾶς* praetulerint aut, quia singularis huius vocabuli neque Sophocli neque Aeschylo usitatus est, cum Casaubono *χοᾶν* scripserint, ἔβην in ἔβαν eadem lege mutantes.

In verbis ὁξύζειρι σὺν κτέπῳ non recte Wellauerus praepositionem σὺν molestam iudicat, quippe quam etiam indicande duarum actionum conjunctioni inservire hisce exemplis confirmare mihi videar. Aesch. Suppl. v. 119 πολλάκι δ' ἐμπιτνῷ ξὺν λαζίδι. Eurip. Alc. v. 915 πεύκαις σὺν Πηλιάσιν σύν θ' ὑμεναῖοις ἔστειχον ἔσω. Soph. Oed. Col. v. 817 ποίῳ ξὺν ἔργῳ τοῦτ' ἀπειλήσας ἔχεις. Quod autem idem ille Wellauerus ad exterminandam praepositionem σὺν vocem συγχτέπῳ proponit eamque pro substantivo venditat composito, antiqua scribendi ratione ΣΥΓΚΤΥΠΩI pro σὺν κτέπῳ ad fingendam novam omnique destitutam auctoritate vocem abusum eum esse facile appareat. — Ceterum κτέπῳ ὁξύζειρι miror esse, qui acutum sonum significari putent, ex manuum plagiis caput pectusque in summo luctu ferientibus ortum, ita ut prima pars adjektivi compositi, ὁξύς, referatur ad vocem κτέπος, altera vice genitivi χειρῶν fungatur. Persuasum enim equidem habeo, ὁξύς cum χειρί compositum vix acuti notionem tenere posse, quae quidem ab aliis compositis, veluti ὁξύοος, ὁξύδονπος, ὁξύηζος non abhorret, neque dubito, quin rectius sese habeat eorum interpretatio, qui strepitum celeri manuum motu edi-

*) Quod praebet codex Guelferbytanus *ἰαλτὸς*, ad eandem in accentu fluctuationem referendum videtur, quae in vocabulis *ἀμητός* et *ἀμητος*, *τρυγητός* et *τρύγητος* deprehenditur, de quibus vide Spohn. Niceph. Blenn. pag. 40. 41.

tum intelligunt, ita ut *πτύπος ὀξύχειρ* sit *πτύπος ὀξειῶν χειρῶν*, quemadmodum ab Aeschylo in Agam. v. 272 *εὐαγγέλοισιν ἐπίσιν* pro *ἐπίσιν ἀγαθῆς ἀγγελίᾳς* et a Sophocle in Aj. v. 935 *ἀριστόχειρ ἀγῶν* pro *ἀγῶν ἀριστῶν χειρῶν* dictum est.

v. 24. δί' αἰῶνος δ' ἄνγυσται βόσκεται πάντα.

Non mirum est, Canteri emendationem δ' *ἴνγυμοῖσι* ab omnibus, quos vidi, editoribus receptam esse, quippe quae ad depravatam librorum lectionem *διωγμοῖσι* proxime accedat. Quod olim conieceram, *διωγμοῖσι* *), curis ac doloribus animum exagitantibus, mox ipse verum esse desperavi, quia et exempla, quae vocem *διωγμὸς* hoc sensu usurpatam esse confirmant, suppetunt nulla et de externa potius doloris significatione quam de dolore pectori infixo hic cogitandum esse nexus sententiarum docet.

v. 25 — 28. *Λινοφθόροι δ' ὑφασμάτων*
λαζίδες ἔφλαδον ἵπ' ἄλγεσιν
Πρόστεροι στολμοί.

De concindendis in luctu vestibus hic agi nemo est quem fugiat. Singula autem verba quomodo sint explicanda, magna est interpretum dissensio. Videamus primum, quid significet vox *λαζίδες*, qua recte intellecta etiam de epitheto *λινοφθόροι* rectius judicabimus. *λένις* duplíciter accipi potest, aut de actione scindendi, de scissura, aut de panno scisso sive de lacinia. Priorem significationem ab hoc loco abhorrere, demonstrat appositio *πρόστεροι στολμοί*; nam quo sensu quoque jure liceat scissuram vestium dicere *πρόστερον στολμόν*, pectoralia velamina, mente equidem non possum assequi. *Laciniæ* contra hac appositione praeditae ne in morosissimi quidem judicis offenditionem incurrent. Quibus laciniis si tribuitur epitheton *λινοφθόροι*, nulla alia ratione hoc mihi explicari posse videtur, nisi ea, quam jam praevit Erfurdt. ad Soph. Ant. v. 1009, ut *λαζίδες λινοφθόροι* sint *λαζίδες λινῶν φθαρέντων*. Quae quidem explicatio quum fefellerit Schuetzium, qui *λινοφθόροι* sensu activo, *linum perdentes*, accipiens, haud sese intelligere confitetur, quomodo *λαζίδες*, ipsae vestium laciniæ discissæ recte dici possint *λινοφθόροι*, correctione locum sic sublevare conatus est: *λινοφθόροις δ' ὑφασμάτων λαζίδες ἔφλαδον ἵπ' ἄλγεσιν*. Sed firmatur codicum lectio loco Etym. M. p. 403, 48: *ἔφλαδον σημαίνει τὸ ἐσχισθην ἢ ἐδιλασθην ἢ διεβόάγην, ὡς φησιν Λισχυλος· λινοφθόροι ὑφασμάτων λαζίδες ἔφλαδον ἵπ' ἄλγεσιν*. Adjectiva autem composita saepenumero ita intelligenda esse, ut in genitivum substantivi et adjektivi vel participii resolvantur, vix opus est, ut hisce utar documentis: Soph. Antig. v. 1009 *ἀνδροφθόρον αἷμα* pro *αἷμα ἀνδρὸς φθαρέντος*. Eur. Orest. v. 833 *αἷμα μητροκτόνον*. Soph. Oed. Tyr. v. 26 *ἄγέλαις βοννόμοις* pro *ἄγέλαις βοῶν νευμόμενων*. Oed. Col. v. 1062 *όμηράριαι αἷμαλαι* pro *άιμαλαι ἀριμάτων ρίμηρα φενγόντων*. Hac autem interpretatione admissa nescio an recte statuat Lobeck. ad Soph. Aj. v. 324 *λαζίδες*

*) Occurrit vox *διωγμός* Suppl. v. 139, ubi Lachm. de chor. syst. p. 59 item δ' *ἴνγυμοῖς* scribendum esse suspicatur.

λινοφθόροι, αἷμα μητροκτόνοι potius proparoxytonōs notanda esse. Ceterum ambiguum est, utrum genitivus *ἴδαισμάτων*, qui salvo sensu omitti poterat, pariter atque *χεροῦ* in verbis *λευζούχεις* κτύποι *χεροῖν* apud Eurip. in Phoen. v. 1370, a λαξίδες regatur, an a nomine, unde adjectivum compositum est, τὰ λίνα.

v. 28 et 29. *Πέπλοις ἀγελάστοις*
Ξυμφορᾶς πεπληγμένων.

Quem locum si qui cum Klausenio ita interpretantur, ut *πεπληγμένων* a *πεπλῶν* sejun-
gant atque genitivum *ἴδαιν* extrinsecus subjiciant, timeo, ne contortum quoddam dicendi genus
procedisse atque colorem poeticum prorsus abstersisse videantur. Quanto Aeschylo dignius, si
pepla ipsa vocantur *ἀγελάστοις ξυμφορᾶς πεπληγμένα*. Nimurum quum dolor, ut est apud Sta-
tium, pariter vestes et pectora rumpat, etiam eousque facile provehi poterat transfe-
rendi audacia, ut idem calamitatibus tribueretur, quae dolorem commovent.

Antistr. a'. *Τορὸς γὰρ φόβος ὁρθόθροιξ,*
Λόμων ὄτειρόμαρτις, ἐξ ὕπνου νότον
Πτέων, ἀωρόνυκτον ἀμβόλαμα
Μνήθεν Ἐλασε, περὶ φόβῳ
Γγυακείοισιν ἐγ δάμασιν βαρὺς πιττών sqq.

Adjiciunt servae causam, cur Agamemnoni inferias ferre a Clytaemnestra jussae sint; illi enim somnio terribili ita exterritae, ut nocturno clamore domum perturbaverit, interroganti, quid illo portenderetur, somniorum interpretes caesos irasci percussoribus respondisse. — Sententia totius loci in aprico posita est: singula autem mirum est, quantum omnes omnino vexaverint interpretes. Primum enim sunt, qui quid verbis *περὶ φόβῳ* faciant, quum jam praecesse-
rit *φόβος*, prorsus nesciant iisque nihil nisi inanem quandam tautologiam involvi opinentur. Aliis
timor in somnio iram spirans (*φόβος ἐξ ὕπνου νότον πτέων*) mirum quiddam atque inau-
ditum videtur; alii denique in aliis haerent. Ac recte quidem disputarent illi, qui verba *φόβος*
περὶ φόβῳ inextricabilia putant, modo *φόβος* id, quod volunt, metum Clytaemnestrae, de-
notaret. At fefellit eos plane ea Graecae linguae proprietas, quod haud raro in una eademque
sententia eadem vox bis ponitur diversa potestate praedita, quae figura a Grammaticis *πλοζὴ*
vocatur. Cujus exemplum luculentissimum exstat in Soph. Electr. v. 308 et 309, ubi prius *ζα-
ζοῖς* calamitates, alterum *ζαζὰ* peccata significat. Hanc igitur figuram nostro quoque loco adhi-
bens vocabulo *φόβος* priore loco posito terriculi vim, quod in somnio Clytaemnestra vidiisse
sibi visa est, subjicio, alterum illud *περὶ φόβῳ* ad metum, quem illud terriculum injectit Cly-
taemnestrae, refero. Ac ne quis temere a me ac sine ullo jure priorem potestatem voci *φόβος*
tribui existimet, illud moneo, *Φόβον ab Homero* *) ut personam vel daemonem induci, qui mi-

*) Il. XV, 119. XIII, 299.

litibus timorem incutiat eosque in fugam convertat. Advoco praeterea Statii „Libycos metus“, quibus Medusae caput denotatur, Ovidique „silvae timorem.“ Vides igitur, spero, haud ita inanibus argumentis nisum φόβον id, quod terret, me esse interpretatum. Quam interpretationem si acceperis, ea illico tolletur difficultas, quam in explicandis verbis ἐξ ὑπνου ςότον πνέων inesse multi arbitrantur. Quid enim, quaeſo, hic deprehendis, quod merito culpetur, quod vel acerrimi judicis acumen reformidet? Verum enim vero apte illud terriculum, utpote ab iratis caesi Agamemnonis Manibus missum, in somno iram spirare dicitur. Lachmanni conjecturam *) φοῖβος, cuius ansam dedit nonnullorum codicum Lectio φοῖβος, satis jam, opinor, refutavit Klausenius, qui nullum in mittendis somniis Apollini locum esse recte monet erroremque lectionis inde repetendum censet, quod quoniam verbis φόβος ὀρθόθοιξ transpositis metrum esset perturbatum, homo quispiam in voce φόβος longam syllabam desiderans, propter vicinum μάντις illud φοῖβος intruserit. Contra O. Muellerum, qui et ipse annal. Zimmerm. 1836 p. 21 Lachmanni conjecturam proposuit, Hermannus disputavit annal. Jahn. 1836 p. 298 et Opusc. VII p. 52, legendum esse censens: Τοφὸς δὲ φοῖτος ὀρθόθοιξ, atque φοῖτος ad rabiem et consternationem referens, qua regina perculta e somnio excitatur. Quam quidem conjecturam, Bambergero quoque, recentissimo Choephororum editori, quam maxime probataam, ingeniosam et sententiae accommodataam esse non nego, veruntamen non necessariam puto, ut ex iis, quae supra monui, facile appareat. — Epitheto τοφός, quod refero ad φόβος, torvum trucemque terriculi vultum innui existimo, qui quasi Clytaemnestrae medullas mordebat (ut ad reddendam nostratum formulam „durch Mark und Bein dringen“ verbis utar Ovidii). Atque hanc quidem explicationem non repugnare etymologiae, vix est quod moneam. Quod autem nonnulli interpretes ephitheton τοφός, ut usitatum Aeschylo significationem perspicuus retineant, cum ὄνειρομαντις jungunt, a collocatione parum mihi videtur commendari. Quod spectat ὀρθόθοιξ, comas arrigens, apposite jam contulerunt alii Soph. Oed. Col. v. 1624 ὥστε πάντας ὀρθίας Στῆσαι φόβῳ δεισαντας ἔξαιρης τοιχας. Ille φόβος praeterea apte vocatur δόμων ὄνειρομαντις, quia somnianti Clytaemnestrae aedium sors eo portendebatur. Neque magis sine causa in potestate praepositionis εἰς in verbis ἐξ ὑπνου ςότον πνέων expedienda quosdam haesisse interpretes, hisce exemplis confirmabo: Xen. Cyr. I, 4, 2 εἰς νυκτός. Aesch. Choeph. v. 286 εἰς νυκτῶν (cfr. Latinorum de nocte), in quibus εἰς praepositionis τῷ sensum exhibet **).

v. 32. 33. — ἀωρύκτον ἀμβάμα

Μυζόθει ἔλανε περὶ φόβῳ.

Etsi verbum neutrum λάσκειν hoc loco activam vim induisse ex adjecto accusativo aperatum est, quod dicendi genus haud est infrequens, illud tamen sane dubito, num φόβος ἔλανε

*) Lachm. de chor. syst. p. 49.

**) Cfr. praeterea Xen. Cyr. III, 3, 65 φόρος εἰς ἀμφοτέρον. II, 2, 6 στᾶς εἰς τοῦ ἡμπόσθετος. Anab. IV, 8, 2 εἴχον εἰς ἀριστερὰς ἄλλον ποταμόν.

ἀρρόνυκτον ἀμβόλαμα ita dici queat, ut non significet: *Ipsum terriculum clamorem edidit, sed: Clamorem ex ore Clytaemnestrae emisit sive effecit, ut Clytaemnestra clamorem ederet.* Sed forsitan ne hoc quidem a linguae Graecae indole abhorreat, praesertim quia haec dicendi licentia eo excusari poterit, quod tota dictio ita est comparata, ut terribuli timorisque inde orti notiones in unam quasi coeant. Neque minor nostrae est dicendi formulae ambiguitas: *Das Schreckbild ließ ein Geschrei ertönen.* Cui hoc secus videtur, is pro ἔλαζε recipiat ἔλαζε, Klausenio auctore, ita hoc interpretante: ansam dedit ad rem, quamvis hunc usum verbi λαγχάνειν nullis exemplis comprobatum iverit. — *περὶ φόβῳ, propter metum,* quem Clytaemnestra conceperat. Hanc praepositionis *περὶ* dativo junctae potestatem exposuit Herm. ad Viger. p. 862. Cfr. II. VIII, 183 *ἀπνομένους περὶ οὐπνῷ.* Schuetzii igitur conjectura *περὶ φόνῳ* supersedere possumus, praesertim quum ne probabile quidem sit, jam hoc loco diserte illud commemorari, quod somniorum demum interpretes in causa esse nuntiant.

v. 40. *Τοιάρδε χάριν ἄχαριν, ἀπότροπον πακῶν.*

Quod Elmslejus conjectit ἄχαριτον, idem divinavit Wellauerus, verumque hoc esse satis ostendit antistropha v. 52 *σέβας δ' ἄμαχον, ἀδάματον, ἀπόλεμον τὸ ποῖν.* Apparet enim Aeschylum in his duobus versibus non modo pedum et syllabarum, verum etiam vocum et sonorum congruentiam captasse, quae tollitur, si cum libris scribitur ἄχαριν. Attigit hanc tragicorum artem Hermannus pluribus locis, veluti ad Soph. Oed. Col. v. 707 et v. 1567. Quod autem Wellauerus Erfurdtii annotationem ad Soph. Oed. Tyr. v. 639 advocat, ut secundam vocis ἀπότροπος syllabam produci solere doceat, id jam refutatum video a Martino in observatt. critt. in Aesch. Oresteam p. 11, qui correptam saepenumero eam syllabam demonstrat, veluti infr. v. 153. Soph. Aj. v. 608. Oed. Tyr. v. 1313. Ut hic versus antistrophico ad amussim responderet, Hermannus *ἐπὶ* ante *χάριν* inseruit, quae quidem medela a verisimilitudine minus commendari videtur. Miror autem, ne unum quidem, quantum scio, criticorum in eam conjecturam incidisse, ut versui antistrophico *σέβας δ' ἄμαχον, ἀδάματον, ἀπόλεμον τὸ ποῖν* adhibendam esse putaret emendationem aliquam, qua illa non modo pedum et syllabarum, verum etiam vocum et sonorum congruentia, de qua supra diximus, restitueretur. Atque in versu quidem antistrophico haud scio an pro ἀδάματον scribendum sit ἄδαμον, qua breviore forma admissa eadem prorsus existit antistrophicorum convenientia, acsi pro ἄχαριν scribitur ἄχαριτον. Quamquam vox ἄδαμος nulla alia auctoritate firmatur, nisi Jonis Chii ap. Athen. p. 35 E., id ipsum in causa esse potuit, cur librarii, quibus vox ignota esset, pro ἄδαμον scriberent ἀδάμαντον, quod metro repugnat.

In verbis *τοιάρδε χάριν ἄχαριν* multos interpretes illud *τοιάρδε* tam parum concoquere potuisse video, ut ad conjecturas confugerent; sic *τοιῶνδε* dedit Schuetzius. At lectio *τοιάρδε*, etsi intellectu difficilior, non omni tamen sensu caret. Ex iis enim, quae modo dicta sunt, irasci caesos percussoribus, sane colligi potest, qualis esse debeat illa *χάρις*, profecta nimirum ex deo-

rum Manium iram placandi studio, ita ut idem illud, quod Schuetzus ex conjectura posuit *τοιάνδε*, in *τοιάνδε* lateat. Ita ne opus quidem esse videtur, ut nostro loco adaptare conemur quod Herm. ad Soph. Aj. v. 448 contendit, *τοιόσδε* saepenumero non cum eo nomine, cui junctum sit, sensu cohaerere, afferens Aesch. Prom. v. 112 *τοιάνδε ποινὰς ἀμπλαζημάτων* et Choeph. v. 40. Quod viri doctissimi judicium ut equidem impugnare nolo, ita non possum, quin illud confitear, de Sophoclis quidem loco rectius mea opinione statuisse Matthiaeum, *ἐν τοιόσδε βοτοῖς* interpretantem: tam *vilibus* pecudibus, ita ut pronomine *τοιόσδε* contemptus quidam significetur.

v. 41. *ἰὼ γαῖα, γαῖα.*

Plurimorum codicum lectionem *ἰὼ γαῖα, μαῖα, ο alma tellus*, agnoscit Scholiastes, neque displicet ea pro anxio perturbatoque Choephororum animo. Quo jure terrae nomen *μαῖα* i. e. mater inditum sit, sponte appareat. Vocatur *γαῖα* ab Homero *παμιήτεια*, ἢ φέρεται ἐπὶ *χθονὶ πάνθ' ὄπόσ' ἔστιν*. Cfr. Soph. Phil. v. 396 *παμβῶτι Γᾶ*. Contra alteri lectioni *ἰὼ γαῖα, γαῖα* patrocinatur solemnis in ejusmodi exclamationibus nominis iteratio. Confr. Soph. Trach. v. 1089 ὁ *χέρες, χέρες*. Oed. Tyr. v. 1403 ὁ *γάμου, γάμου*. ibid. v. 629 ὁ *πόλις, πόλις*.

v. 45. 46. *Φοβοῦμαι δ' ἔπος τόδε ἐνβαλεῖν.*

Τί γὰρ λύτρον πεσόντος αἴματος πέδῳ;

Jam dudum eorum explosa sententia est, qui verbis *ἔπος τόδε* convicium illud *δύσθεος γυναῖ* denotari putabant, ut qua omnis sententiae nexus evertatur. Hanc enim interpretationem si admiseris, quorsum sequentia *τί γὰρ λύτρον (λυγρὸν) πεσόντος αἵματος πέδῳ* spectent, equidem non video *). Immo *ἔπος τόδε* referendum est ad *χάριν*, ad preces, quas ad mitigandam deorum Manium iram fundere ancillae jussae sunt; ad has igitur se demittere veretur chorus, quia ipse antea illam *χάριν* vocaverat *ἀχαριν* (*ἀχαριτον*), vel quia nulla est sanguinis in terram semel effusi redemptio. Profecto enim, si non haec ipsa sententia in versu proximo inest, certe similem aliquam ex eo esse eliciendam, particula *γὰρ* satis edocemur. Quod quum ita sit, lectionem vulgatam: *τί γὰρ λυγρὸν πεσόντος αἵματος πέδῳ*; nulla alia ratione retineri atque expediri posse arbitror, nisi ea, quae a Schuetzio prolata est, ut post *τί γὰρ* interrogationis signo posito, haec prodeat sententia: Quid enim? Triste hoc est (inferiarum beneficium), sanguine semel in terram effuso. Quamquam non dubito, quin languidam eam ac debilem plerique habituri sint. Recipienda igitur videtur Canteri conjectura *λύτρον*, et cum hoc vocabulo sequentia *πεσόντος αἵματος πέδῳ* tam arce conjungenda, ut non pro genitivis, quos vocant, absolutis habeantur, sed ut genitivo id indicetur, unde nulla sit redemptio sive liberatio. Eodem sensu adjективum *λυτρίζων* cum genitivo construitur, velut in Soph. Electr. v. 447 *δοξεῖς λυτρίζοι αὐτῇ ταῦτα τοῦ φόρου φέρειν; οὐκ ἔστιν* (qui versus eandem continet sen-

*) Miror, Firnhaber. annal. Jahn 1841 p. 153 tutelam explicationis Scholiastae suscepisse, ac timeo, ut cuiquam persuaserit, particulam *γὰρ* non ad totam sententiam, quae antecedit, sed ad simplicem notionem *δύσθεος γυναῖ* referendam esse.

tentiam). Vide sis ibid. v. 635 et 1490. Deinde autem verba *πεσόντος αἴματος πέδῳ* ita sunt accipienda, ut *culpam caedis, culpam sanguine profuso contractam* significant. Haec enim notio saepenumero cogitatione addenda est. Cfr. Eur. Hipp. v. 1449 *ἐπεὶ σε τοῦδ' ἐλευθερῶ φόνου* et v. 145 *ἀρίης αἴματος μ' ἐλεύθερον.* Similiter in Soph. Ant. v. 915 *τὴν δυσσέβειαν εὐσφοῖσ' ἐπτησάμην* i. e. crimen impietatis contraxi.

v. 52 sqq. Orationis series in antistropha paullo est obscurior, sententiis nullo, quod quidem statim appareat, arcto vinculo connexis, ita ut interpretes in occulto involutoque sensu aperiendo et in explendis, ut ita dicam, sententiarum lacunis operatos in diversa abiisse judicia neutiquam mirum sit. Quorum quidem alia adeo sunt inepta, ut in iis refutandis morari pigeat, alia autem ab una saltem aliqua parte laborant, id quod, ubi jam ad singula explicanda pervernerimus, planum facere conabimur. Jam vero ut de sententiarum nexu recte statuere possimus, nihil nobis antiquius habendum videtur, quam ut postremos strophae antecedentis versus diligenter retractemus. In his miserrima aedium conditio ex Agamemnonis morte profecta describi coepit, in eaque lugenda ancillas pergere apertum est, atque ita quidem, ut pristinam, quam verita plebs sit, augustam regiae domus dignitatem nunc, Agamemnone caeso Aegisthoque in ejus locum per fraudem ac scelus substituto, periisse conquerantur (*Σεβας δ' ἄμαχον, ἀδάματον, ἀπόλεμον τὸ ποῖν, Λί οὐτων φρενός τε δαμίας περαινον Νῦν ἀφίσταται*). Cujus rei Clytaemnestra quum non ignara sit, fortunae suae timere dicitur (*φοβεῖται δὲ τις*). Quid enim, inquit, mirum, Clytaemnestram anxi laborare in retinenda felicitate, quippe quam Dei instar, immo plus Deo colant homines (*τὸ δ' εὐτυχεῖν, Τόδ' ἐν βροτοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον*). Atqui fortuna justitiae lege gubernatur ac poena serius ocius facinora consequitur (*Ροπῇ δ' ἐπισχοπεῖ* sqq.). Quorsum haec postrema spectent, intellectu haud difficile est, disertiusque ea paullo infra exponentur. — Sic mihi sine salebris fluere omnia videntur.

Jam vero, ut singula verba, nexus sententiarum constituto, interpretetur, illud primum observabis, *σεβας ἄμαχον, ἀδάματον, ἀπόλεμον τὸ ποῖν* non cum quibusdam interpretibus de unius Agamemnonis, sed de totius regiae domus majestate accipiendum. Quid enim? Potestne Agamemnonis *σεβας*, quod vocatur *ἄμαχον, ἀδάματον, ἀπόλεμον τὸ ποῖν* (attendas velim ad illud *τὸ ποῖν*) alio sensu nunc abiisse (*νῦν ἀφίστασθαι*) dici, nisi ut adhuc vivum cogitemus Agamemnonem ejusque majestatem, antea nemini laesam, nunc a civibus seditiosis esse contrectatam? Quod quum cogitari prorsus nequeat, *σεβας* omnino ad regiae domus dignitatem caeso Agamemnone ejusque intersectoribus civitatis gubernacula tenentibus extinctam referatur necesse est. Extollit autem chorus pristinae majestatis notionem exaggeratis epithetis *ἄμαχον, ἀδάματον, ἀπόλεμον*, quae quidem magis etiam placitura mihi fore non possum quin confitear, si alio ordine legerentur, nempe hoc: *ἀδάματον, ἄμαχον, ἀπόλεμον τὸ ποῖν*, ut quaedam in iis conspicua esset gradatio: *majestas*, quae frangi non poterat, quacum ne pugnare quidem quisquam ausus est. Minime enim frigerent *ἄμαχον, ἀπόλεμον* post *ἀδάματον*

posita, quod qui vinci non potest, cum eo tamen pugnare licet, sed quocum pugnari nequit, is vinci quomodo poterit? — Illud *σέβας* praeterea audit δι' ὀτων φρενός τε δαιμίας περιεῖνον i. e. civium aures animosque implens. Exspectaverit autem fortasse quispiam potius διὰ γλωσσῶν vel simile quid quam δι' ὀτων, ut percelebrata ab omnibus civibus laudibusque mactata majestas, quam in ore quasi quisque habebat, innatur. Fatemur hoc dici posse; at idem altera ratione indicatur. Etenim si undique majestatis illius laudes resonabant, in auribus quoque ci-vium inhaererent necesse erat. Ea autem majestas non jactabatur solum, verum etiam ima ci-vium mente (*διὰ φρενὸς*) concepta erat.

v. 57. *φοβεῖται δὲ τις*. Scholiastes nimium quantum a vero aberravit, haec sic interpre-tans: *τοῦτο θέλει εἰπεῖν, ὅτι ἡ αἰδώς, ἢν περὶ Αγεμένουντος εἴχον οἱ δῆμοι, νῦν εἰς φόβον ἐπούπη· ἔπειτον γάρ ὑδοῦντο καὶ ἐφίλοντο τοῦτον δὲ φοβοῦνται ὡς τύραννον διατελούμενον.* Namque etiam invicta illa majestas cum quodam civium timore conjuncta erat, ne, si novas res agerent, acrem regiae domus iram sentirent. Sed accedit altera eaque gravior causa, cur Scholiastae opinionem tam ineptam incommodamque ducam, ut nil supra. Quantumvis enim verba torqueam, non eo possum pervenire, ut quemadmodum haec Scholiastae interpretatio sequenti-bus conveniat cum iisque cohaereat, intelligam. Blomfieldus *τις* explicat unusquisque ac re vera *τις* subinde potestatem junctorum pronominum *πᾶς τις* induere, magna exemplorum copia demonstravit. At vellem uno saltem verbulo definiisset, cuinam ille unusquisque timeat. Denique nihil moror Schuetzii conjecturam *φοβεῖται δὲ τις*; utpote qua recepta non recte usur-pata mihi videatur particula δὲ in verbis φοτὴ δ' ἐπισκοπεῖ δίκαιος. Nam quae tandem, quae, oppositio in his verbis cernitur, si antecedentium sensum hunc esse statuimus: Quis autem est, qui timeat? Nempe fortunam homines deam sibi faciunt plusque quam deum venerantur?“ Ex his facile colligitur, eorum unice sententiam recto talo stare, qui pronomine *τις* Clytaemnestram innui existiment. Etenim Graeci saepenumero pronomine indefinito *τις* utuntur, ubi certum quendam hominem tecte significant. Sic *τις* pro ἐγώ ponitur apud Aristoph. in Thesmoph. v. 603 *ποι τις τρέψεται*, quo confugiam? Deinde cum acerba quadam ironia *τις* dicitur, quum quis aliquem nominare non vult, ut in Soph. Aj. v. 1138 *τοῦτ' εἰς ἄντας τοῦπος ἔρχεται τινι* i. e. tibi. Cfr. Aesch. Agam. v. 1196 *ἐξ τῶνδε ποιάς φημι βουλεύειν τινά*. Jam vides nihil obstare grammaticae praecepta, quin pronomine *τις* Clytaemne-stram hoc loco notari statuamus. Atque ad hanc quidem opinionem confirmandam haud parum illud facit, quod admissa hac pronominis explicatione sententiarum nectendarum difficultas tollitur, quandoquidem haecce efficitur orationis series: Timet Clytaemnestra fortunae in eaque retinenda anxie operata est; nempe hanc dei instar plusque quam deum colunt homines *). Nexus igitur verborum *φοβεῖται δὲ τις* et *τὸ δ' εὐτυχεῖν*, *Tόδ' εὐ βρο-*

*) Quamquam chorus paullo supra verbis minime obscuris (*δισθεος γυνα*) Clytaemnestram significavit, tamen Bambergero non assentior, qui eam ob rem pronomen indefinitum *τις* de eadem persona postea usurpari posse

τοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον, deprehendi non potest, si quid video, nisi interjecta aliqua sententia.

v. 59 — 63. *Ρωπὴ δ' ἐπισκοπεῖ δίκαιαν* sqq.

Sequitur locus paullo obscurior, in quo illustrando atque emendando ab interpretibus, quocunque vias ingressi sunt, nondum mihi plane satisfactum est. Qui quo majoribus laborat difficultatibus, eo acriorem desiderat interpretis curam et industriam. Totius enim loci sententiam quamvis haud ita occultam esse verum sit, ut nexus cum antecedentibus erni prorsus nequeat: singula tamen fere omnia tam dubia atque incerta sunt, ut in diversa plane ac plerumque falsa judicia de sensu eorum constituendo abierint interpretes. Quod spectat nexus, qui his verbis intercedit cum antecedentibus *τὸ δὲ εἰντυχεῖν*, *τόδε ἐν βροτοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον*, hoc fere dici unusquisque vel statim intelligit: *Quantumvis autem homines felicitatem venentur eamque vel consecuti esse videantur: omnes manet justus eventus, eventus justitiae legibus obtemperans.* Quibus verbis, ut facile mihi quisque concesserit, neque Clytaemnestram neque Aegisthum justitiae vindictam effugere posse, chorus clam significat.

Jam vero tria eventuum genera a Justitia gubernata distingui, in eo omnes omnino consentiunt interpretes, id quod particulis *μὲν — δὲ — δὲ* adhibitis orationis totius conformatioe satis demonstrari dicunt *). Quomodo autem tria illa genera constituenda sint atque intelligenda, hic scopus, haec est crux interpretum. Quod vulgo putant, verbis *ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάσι, Τὰ δὲ ἐν μεταχυτῷ σκότου* sqq. diversa vindictae ingruentis tempora designari, ut ultio divina omnes scelestos corripere dicatur, alios celerius, dum dies adhuc luceat, alios paullo serius circa crepusculum, alios denique vel media nocte: sententiam esse verbis ineptis expressam Bambergero plane adstipulor. „Quis enim,” inquit vir ille doctissimus, „pro eo, quod dicendum erat, Justitiam serius ocius punire, eam modo meridie modo vesperi modo media nocte punire diceret?“ Ad explicandum locum Bambergerus ipse haec affert: „Verbis φωπὴ δὲ ἐπισκοπεῖ δίκαιαν sqq. admonetur de discrimine quod denuo domui Agamemnoniae immineat. Jam vero conditio eorum, qui ad eam pertinent, triplex. Clytaemnestra et

negat. Consentit mecum hac in re Firnhaber. annal. Jahn. 1842 p. 152, acerbam quandam in verbis *τὸ δὲ εἰντυχεῖν*, *Τόδε ἐν βροτοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον* inesse ironiam recte judicans.

*) Recedit ab hac vulgari interpretatione solus Firnhaber. I. I., qui verba *ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάσι, Τὰ δὲ ἐν μεταχυτῷ σκότου μέτρια χρονίζονται* εἰς ὄψη de Clytaemnestra et Aegisto, *τοῖς δὲ ἀνγαρίος ἡγετοῖς* rūs de Agamemnone accipienda esse censem atque locum ita explicat: „Den Agamemnon hat die δύνη erreicht ob des vergossenen Blutes, so wird sie auch die Bühlen jetzt treffen, schnell, die im Sonnenlichte Wandelnden erreicht am Abend noch das Web. Diefen Sinn legen wir den Worten bei, da wir schreiben *τὰ δὲ ἐν μεταχυτῷ σκότου μέτρια χρονίζονται* εἰς ἄζην. Die noch säumenden ἄζην harren ihrer *ἐν μεταχυτῷ σκότου*.“ Translatum igitur sensum tribuit verbis *τοῖς μὲν ἐν φάσι, τοῖς δὲ ἐν μεταχυτῷ σκότου* Clytaemnestram et Aegisthum, integra etiam tunc fortuna fruentes, intelligere videatur; contra verbis *ἐν μεταχυτῷ σκότου* tempus vindictae ingruentis notari arbitratur. Quod yiri doctissimi judicium quominus nos sequamur, illud obstat, quod quamquam sententiam per se accommodatam elicuit, omnis oppositio, quam in verbis *τοῖς ἐν φάσι* et *ταῖς δὲ μεταχυτῷ σκότου* persuasum nobis est inesse, tollitur, si *τοῖς ἐν φάσι* translate, *ταῖς δὲ μεταχυτῷ σκότου* proprie dicta esse credimus.

Aegisthus rerum potiuntur, Orestes et Electra ut oppressi ita non sunt extinti, Agamemnon plane periit. Hos in mente habet, generali sententia et imagine usus, quam eandem v. 46 posuit ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς δύόφοι καλύπτονται δόμους δεσποτῶν θανάτουσι. *Toὺς ἐν φάει intellege Aegisthum et Clytaemnestram, crepusculi imagine Orestes et Electra, noctis Agamemnon significatur.* Discremen Justitiae divinae in eos, qui in ampla luce versantur, h. e. qui rerum potiuntur, spe celerius ingruit; contra res crepusculo obscuratae, h. e. eorum qui oppressi non extinti sunt, tardos dolores germinant; alios nox infinita obtinet.“ Quae cur non recte disputata esse censem, haec me argumenta movent. Primum enim non perspicio, quomodo sors Agamemnonis, a perfida uxore, adulterii rea, per insidias trucidati, etsi propter Iphigeniam crudeli nece mactatam jure paratam ei esse Clytaemnestra in Agam. v. 1400 — 1426 gloriatur, a servabus, quae per totum carmen domini obitum deplorant atque caedem expiari posse negant, tamquam unum ex tribus illis φοιτῆς δίζαν ἐπισχοπούσης generibus infinitae noctis imagine affiri possit. Cujusmodi quid Bambergerus quum ipse senserit, addidisse videtur: „Postrema haec verba *Toὺς δ' ἄνθρακτος ἔχει νῦξ* praeclaram ad audientium animos commovendos vim habent; ad generalem sententiam non sunt necessaria, discremen enim de quo agitur proprie ad eos tantum pertinet, qui superis auris degunt; sed opportuno loco et summa cum vi Aegisthi et Orestis cogitatione Chorus in memoriam et desiderium Agamemnonis delapsus miserrimi quo periit fati audientes admonet.“ — Deinde autem ea quoque ratio, qua utitur ad explananda verba *Tὰ δ' ἐν μεταγγίῳ σούτον* sqq., scribens res crepusculo obscuratas, h. e. eorum, qui oppressi non extinti sint, tardos dolores germinare, ipsa, ut ita dicam, crepusculo videtur mihi obscurata, nec quid hoc Orestis et Electrae sors pertineat, intelligo. Nam quid tandem Orestes et Electra jam deliquerunt, cur φοιτῆς δίζαν ἐπισχοπούσα iis immineat? *)

Muellerus annal. Zimmerm. a. 1836 p. 22 locum hunc in modum scribit:

τὸ δ' εὐτυχεῖ
Τόδ' ἐν βροτοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον·
Ροπὴ δ' ἐπισκοτεῖ δικᾶν
Ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάει,
Τὸ δ' ἐν μεταγγίῳ σούτον
Μέρει χρονίζει τε βρέει.
Toὺς δ' ἄνθρακτος ἔχει νῦξ.

Interpretatur: Ein hohes Glück ist freilich nach der Meinung der Sterblichen Gott und mehr als Gott: aber die einbrechende Wucht der göttlichen Strafen stellt die im Lichte der Glückseligkeit Strahlenden schnell ins Dunkel: ein Loos dagegen im Dämmerlichte erhält sich länger und lässt die Keime des Verderbens langsam wuchern; andere Menschen bleiben immer in tiefer endloser Nacht. Bei den letzten Worten denken die trojanischen Sklavinnen an ihr eigenes Loos, welches so trübe sei, daß es nicht trüber werden

*) Vid. Firnhaber. I. I.

fomme; die im Lichte sind die Beherrischer des Hauses und des Landes, welche, je höher sie das Schicksal gestellt, um desto schneller in die Tiefe des Verderbens gesürzt werden, da einmal die Ehrfurcht vor der Majestät bei dem Volke verschwunden ist. Saevius ventis agitatur ingens Pinus et celsae graviore casu Decidunt tresses. Dass sich dieser Gedanke sehr natürlich an den vorigen anknüpft und aus dem Hauptgedanken entwickelt, bedarf wohl keiner Auseinandersetzung. Die Bekündigung des Sturzes, der dem Hause drohe, wird grade dadurch begründet, dass es vorher so hoch stand, so lange irdische Hoheit dauert, liegt Alles vor ihr auf Knieen, kommt die Zeit der Demuthigung, so ist der Sturz um so rascher und gewaltiger.¹¹ Negari vix potest sententiam a Muellero talem esse constitutam, quae nihil offensionis praebeat, nisi quod servas de sua sorte hic cogitare non est verisimile, quum suam ipsarum miseriam a verbis demum *'Ενοι δ' ἀνάγνων* sqq. plorare incipient ac ne sententiae quidem primariae *'Ροπή δ' ἐπισκοπεῖ* (*ἐπισκοτεῖ*) δίζαν (*δίζαν*), cui verba *Toὺς δ' ἄλοχαρτος ἔχει* νῦν non minus quam proxime antecedentia subiecta esse videntur, eiusmodi conveniat interpretatio.

Quae quum ita sint omnia, ne vituperandi magis me tangat cupido, quam emendandi studium, vide, qualem equidem scribendi et interpretandi hujus loci rationem velim propositam:

*'Ροπή δ' ἐπισκοπεῖ δίζαν,
 Ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάσι,
 Τὰ δ' ἐν μεταχυμῷ σχότον
 Άχει χοριζόντα βρένει·
 Τοὺς δ' ἄλοχαρτος ἔχει νῦν.*

Primum verba *τοῖς μὲν ἐν φάσι* et *τὰ δ' ἐν μεταχυμῷ σχότον* non in genere masculino, sed neutro posita esse statuo, deinde in verbis *Tαχεῖα* — νῦν non tria agnosco eventuum genera a Justitia gubernata, sed duo tantum iis contineri et hunc in modum elicienda esse judico: Eventus observat justitiam, justitiae rationem habet, atque iis quidem factis, quae aperte atque in clara luce admittuntur, celer est; contra quae fiunt in dubia caligine, cunctanter pernicie turgescant; hos autem, qui earum rerum auctores sunt, infinita nox premit. Quomodo haec sint accipienda et quorsum spectent, intellectu haud difficile est. Sine ullo enim dubio chorus hoc voluit dicere: Clytaemnestra et Aegisthus vindictam divinam nequaquam effugient, quae etsi iis facinoribus, quae aperte atque in clara luce fiunt, celerius intentatur, tantum abest, ut scelera, quae in dubia caligine suscipiuntur, inulta esse patiatur, ut paullatim serpens tandem aliquando summam auctoribus afferat perniciem. Verba igitur *Toὺς δ' ἄλοχαρτος ἔχει* νῦν a proxime antecedentibus *Τὰ δ' ἐν μεταχυμῷ σχότον* sqq. non sejungenda, sed arctissimo vinculo cum iis connexa atque ita explicanda esse persuasum habeo, ut sceleris a Clytaemnestra et Aegistho commissi mentione facta servae in ipsorum auctorum cogitationem transire cogitentur *).

¹¹) In qua interpretatione si quis usu praesentis *τιτ* offenditur, conferat ea, quae ad v. 67 adnotata sunt.

Singula quominus accuratius persecuar, quum fines libelli arctius circumscripti impeditant, de lectionis varietate in verbis Ἀχει χρονίζοντα βρύει pauca adjicere satis habeo. Ex iis quae libri praebent, Μένει χρονίζοντ' εἰνῆ βρύει, unam vocem e glossemate irrepsisse, et metrum docet et in eo omnes omnino editores consentiunt. Quaenam autem vox sit ejicienda, summa est inter criticos opinionis discrepantia. Mihi quidem vox μένει nihil aliud videtur nisi interpretamentum participii χρονίζοντα atque genuina lectio latere in corrupto vocabulo εἰνῆ, quia simplex verbum βρύει sine ullo additamento ad sententiam aperiendam vix sufficit. Quapropter revocandam duco lectionem ἀχει, quae si fides est habenda Salvinio, in cod. Med. exhibetur.

Quae sequitur carminis chorici pars a plerisque, qui absolutam jam putant antistropharum respcionem, pro epodo habita, tanta metrorum similitudine facta est, ut Hermannus eam in antistrophica, quorum speciem obtrudit, cogere non dubitaverit. Quum tamen non ita cogere potuerit, ut omnia sibi ad amussim respondeant, haud temere fortasse quispiam conjecerit, hanc epodum iis esse adnumerandam, quas propter quandam metrorum similitudinem in antistrophica a se non recte mutatas esse Hermanus ipse in Elem. Doctr. Metr. ingenue fatetur. Et quod spectat illam metrorum similitudinem, huic epodo adhibenda videtur ejusdem viri docti observatio in Elem. Doctr. Metr. p. 731 hisce verbis expressa: „De his, quae vere epodi sunt, ita tenendum est, saepe in iis eadem metra repetita, sed mixta etiam aliis metris inveniri, ut ea re interdum partes earum sibi simillimae sint.“ Attamen in primis octo versibus tam manifesta antistrophicorum vestigia jam dadum deprehendere equidem mihi visus sum, ut mirer, quod editorum nemo ante Bambergerum eos in tertiam stropham et antistropham ita redigendos esse judicavit:

Λέι αἴματ' ἐκποθένθ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ str. γ'.
 Τίτας φόρος πέπηγεν οὐ διαδένδα.
 Αιάλης ἄπη διαφέρει
 Τὸν αἴτιον παναρκίτας νόσου βρύειν.
 Θιγόρτι δ' οὐτὶ τυμφικῶν ἐδωλίων antistr. γ'.
 Ζάος πόροι τε πάντες ἐπ μᾶς ὁδοῦ
 Βαύροτες τὸν χερομυσῆ
 Φόρον καθαίροντες φέοιεν ἄρ μάταρ.

Primi duo versus trimetri jambici sunt, tertius dochmiacus praemisso spondeo (si quidem διαλγῆς per synizesin in duas syllabas contrahimus. Vide de hac synizesi Herm. Elem. doctr. metr. p. 54 et de spondeo dochmiis praemisso p. 277); quartus denique iterum trimeter jambicus. Post hanc tertiam stropham et antistropham a verbis Εὐοι δ' ἀνάγαν epodus incipiet. Ad hanc descriptionem commendandam haud parum illud quoque facit, quod quae a nobis exhibita epodus est, novam continet sententiam. Quum enim ancillae hucusque in Aga-

memnonis caede tristique domus Agamemnoniae conditione lugenda versatae sint, a verbis *Eὐοὶ δὲ ἀνέγειρεν* suam ipsarum miseriam deplorant *).

v. 65 et 66. In explicandis verbis *Ἄλι' αἴματ' εἰποθένθ' ἵπος χθονὸς τροφοῦ Τίτας γόρος πέπηγεν* multi interpres male, si quid video, rem gesserunt, ita vertentes: Ex sanguine a terra nutrice hausto congelavit crux ultiōnēm provocans. Primum enim praepositioni διὰ sensum praepositionis εξ nescio quo jure subjiciunt; deinde etsi verum est, caedis et sanguinis notiones a Graecis misceri (veluti paullo infra v. 73) **), illud tamen prorsus mihi videtur incredibile, crux ideo vocari posse γόρον; denique vero ne sententia quidem ipsa compta atque venusta est. Quid enim? Nonne ita dicere sufficit: *Sanguis a terra haustus ultiōnēm provocat?* Quaenam tandem vis additur, sententia simplici illum in modum distorta? Quae quum ita sint, nescio an sensus multo elegantius decurrat, si verba sic interpretamur: Propter sanguinem ab alma tellure haustum caedes ultrix compacta est, i. e. caede Agamemnonis nova caedes provocatur, caudem Agamemnonis mors auctoribus illata ulciscetur. Botheus quum priorem illam interpretationem ineptam judicaret nec meliorem deprehenderet, hacce emendatione satis violenta locum sublevare ausus est: *Ἄλι' εἰποθένθ' δὲ χθονὸς ἵπος τροφοῦ Τίτας πέπηγεν.*

v. 67 et 68. *Διαληγῆσθαι διαφέρει*

Tὸν αἰτιον παραφένεται τόσον βρέπειν.

Διασπαράσσει, quod nonnulli libri exhibent pro διαφέρει, nihil esse nisi glossema quoddam in contextum traductum ex Scholiastae verbis colligi potest, qui διαφέρει explicat per διασπαράσσει. Quam vocabuli explicationem non jure ac merito improbatam esse censeo a Klausenio. Quod enim negat, sensum τοῦ διασπαράσσειν apud hos poetas certum esse, refutatur loco Eurip. Bacch. v. 753 πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω διέφερον, ἥρπασαν μὲν εἰς δόμων τέτρα. Adde quod huic interpretationi patrocinatur non solum verbum διαφορεῖν eodem sensu adhibitum ab Eurip. in Bacch. v. 745 et ab Aristoph. in Equit. v. 294, verum etiam idem usus Latinorum vocabuli differre, opportune jam ab aliis in partes vocatus. Atque etiam de Sophoclis loco (Aj. v. 511) διοισεται ὑπὸ ὁρμαντῶν a Klausenio comparato rectius judicasse videntur Hermannus et Lobeckius, voci διαφέρειν vexandi sensum tribuentes, quippe quo adaugatur acerbatis notio. Quorum ille: „Videndum“, inquit, „ne proprie hoc verbum intelligi debeat, ut sit jactari, huc illuc trudi.“ Ceterum usus praesentis διαφέρει, sive ἄτην ipsam perniciem, sive deam damni ex delicto nascentis praesidem interpretamur, quum nondum malis lacerentur percussores Agamemnonis, nulla alia ratione expediri poterit, nisi ut chorūm pro more vaticinantium futura quasi jam praesentia cogitare arbitremur. — Novam denique inter-

*) Erfurdiū in Annal. Heidelb. 1809, VI pag. 281 et Butlerum eandem viam jam ingressos esse postea legi.

**) Dorville ad Charit. pag. 374.

pretandi hujus loci viam ingressus est Droy senius, qui vocabulo *διαφέρειν* proferendi sive ampliandi sensum tribuens sententiam Clytaemnestrae et Aegisthi rebus per quam accommodatam elicuit, hisce verbis expressam:

„Voll Tücke verschiebt Ata sie noch, daß, wer es that,
Seh' seines Zammers Blüthenpracht.“

Epitheton *παναρρέτας* ut morbo non aptum Klausenius ad *ἄτη* referri jubet, id quod comprobatur Bergkio in annal. Zimmerm. 1838, p. 19. Non recte, ut videtur. Etenim quum verbum *ἄρρεν*, si Buttmanni auctoritatem sequimur, proprie significet *validum esse*, unde addito demum quem vocant dativo *commodi sufficiendi*, tuendi, arcendi sensus proficiuntur, quid tandem obstat, quominus *νόσον παναρρέτην* interpretetur morbum in *omnibus corporis partibus* quasi vim suam exserentem? Contra quod viri illi docti *παναρρέτας* pro substantivo venditant idque cum *ἄτη* connectunt, illud quamquam grammaticae leges minime vetant, quum nomina saepius adjectivorum instar adjungantur cujuscunque generis substantivis *), ideo tamen displicet, quod vox *άτη* duobus epithetis ornata foret, *νόσος* omni careret epitheto **).

v. 69 — 72. Quemadmodum laesa semel pudicitia nullo modo reparari potest, sic sanguinem profusum nihil valet extinguere. Ad exprimendam hanc comparationem ex vulgari loquendi ratione unusquisque exspectaverit *ώς οὐτε* *ἔστιν ἄζος νυμφίων ἐδωλίων*, *οὐτε καὶ πόροι πάντες* sqq. Ex liberiore autem usu in comparationibus interdum comparandi particulae a poetis supprimuntur. Cfr. Wuestem. ad Theocr. Idyll. I v. 1 et 2 et Dissen. ad Pindar. Nem. IV, 85. Quapropter Bothei correctura *οὐτε* pro *οὐτε* minime opus est. — Constructio verborum *Oἰγοτι δ'* *οὐτε* *νυμφίων ἐδωλίων Ἅζος* haec est: *οὐτε* *ἔστιν ἄζος νυμφίων ἐδωλίων οἴγοτι* scil. *αὐτά*. Parum autem interest, utrum participium *οἴγοτι* vertas: si quis aperit, conferens Thucyd. II, 49 *καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν ἀπομένῳ σῶμα οὐκ ἄγει θερμὸν ἦν*. Herod. I, 14 *ἀληθέει δὲ λόγῳ χρεωμένῳ οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου έστιν οὐ θησαυρός*, an cum verbo *ἔστιν* subauditio ita jungas, ut hic sensus prodeat: Qui aperit, is non habet remedium. — At pro *οἴγοτι* Scalig. et Steph. *θιγόντι* conjecterunt. Quae quidem lectio vix verbis dici potest, quantopere re accuratius considerata mihi placeat. Quum enim verba nunc ita possint construi: *οὐτε* *ἔστιν ἄζος θιγόντι νυμφίων ἐδωλίων*, sententiam praebent, quae rectius cum sequentibus *πόροι τε πάντες* sqq. componitur. Comparationis ratio nunc ea est, ut quemadmodum virginatum thalamorum expugnator criminis purgari nequeat, sic labes caede contracta ablui posse negetur. Contra lectione *οἴγοτι* retenta vix recto talo stat comparatio: Quemadmodum nullum est laesae pudicitiae reparandae reme-

*) Vide Soph. Oed. R. v. 80 *τίχη συνήρ.* Antig. v. 1047 *λαβητῆρες Ἐρέννες.* Trach. v. 687 *ἐνδυτὴρ πέπλος.* Aj. v. 297 *κύρας βοτῆρας.*

**) Firnhaberi (l. l. p. 157) conjectura *παναρρέταν βρύειν* quid sibi velit, non plane perspicio.

dium, sic caedes ne toto quidem, ut ita dicam, oceano ablui potest *). Quod spectat formulam θιγεῖν τημαριῶν ἐδωλῶν, Blomfieldus confert εὐνῆς θιγεῖν vel ἄψασθαι.

Vulgatam alterius membra lectionem:

πόροι τε πάντες ἐκ μᾶς ὁδοῦ
Βαίροτες τὸν χερομών
Φόροι καθαίροντες ιοῦσαν ἄτην

depravatam esse, omnibus, puto, editoribus praeter Klausenium persuasum est. Nullam enim sani coloris sententiam inde extuderis, quum quae unica sit verborum interpretatio: Omnesque rivi, si una via fluerent, caedem manus contaminantem, serpentem perniciem, abluerent, priori comparationis membro non conveniat, immo propter omissam negationem contrarium ejus indicet. Quod enim quum locum in omnes partes versarem, in mentem mihi venit, ex praecedentibus animo repeti posse οὐτὶ ἄζος, mox ipse rejici, quia si ex praecedentibus hoc membrum absvolvi voluisse poeta, sine dubio non per τε, sed per οὐτε subintellecta sola voce ἄζος orationem continuasset. Klausenii autem interpretatio: Et omnes rationes eadem via progrediuntur, contaminantem caedem expiant idque in accedentem perniciem, quid sibi velit, prorsus non intelligo. Ad grammaticas rationes nihil est, quod in lectione vulgata reprehendi possit; participii enim usus pro verbo finito, etsi rarus, non omni tamen auctoritate caret. Cfr. Il. 2, 547 αἰνῶς ἀξτίνεσσαν ἡουκότες ἡελιοτο. Aesch. Agam. v. 1270 ιδού δ' Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύνων ἡμέ. Theocr. XV, 16 ἀγοράζων ταὶ ἡνθε φέρων. Dictionis rationem aperuit Herm. ad Viger. p. 776. Pravus igitur verborum sensus unice criticos movit, ut locum corruptum judicarent conjecturisque sanare conarentur. Neque immrito omnes ulcus in verbis ιοῦσαν ἄτην, in quibus explicandis Scholiastes mira comminiscitur, latere arbitrati sunt, quorum alii Heathii conjecturam ὁέονται μάταν, alii Hermanni λούσεται μάτην, quarum sensus eodem reddit, receperunt. Ut hic versus strophicō ad amussim respondeat, equidem ὁέοιεν ἀν μάταν scribendum esse suspicor. Nunc jam habes eam, quam necessario hic requiri quisque videt, sententiam, caedis maculam nulla ratione aboleri posse, similiter a Sophocle in Oed. R. v. 1227 expressam **). Chorus labem caede Agamemnonis contractam tantam esse dicit, ut vel toto oceano ablui nequeat.

De vocabulo πόροι propter Wellauerum et Klausenium pauca videntur addenda. Quamquam πόρος, a πείρω, περάω derivatum, proprie vadum, viam per fluvium ***), deinde mare sive fluvium ipsum, quatenus trajici possunt †), denotat, a verisimilitudine non abhorret, interdum nihil nisi fluvii sensum, omissa illa circumscriptione, retineri, idque probatur usu Sophoclis in Aj. v. 411 πόροι ἀλιζόθοι. Qui locus vel unus rem totam conficit, quia ejus meminirent Suidas in v. πόρος et Harpocration in v. πόροις interpretanturque ποταμοὶ εἰς τὴν θάλασσαν ὁέοντες. Confer tamen praeterea Aesch. Pers. v. 485. 489. 848. Sept. v. 360.

Sequitur epodus, in qua haec fere Chorus dicit: Me vero, utpote captivitate in servitium redactam, aequa pariter atque iniqua dominorum facta probare decet neque mihi Agamemno-

*) Similiter disputat Firnhaber. annal. Jahn. 1842, p. 157.

**) Οἷαν γὰρ οὐτὲ ἀν Ιταῖον οὐτὲ Φᾶσιν ἀν Νήσαι καθαίρουν τὴν στέγην, ὅσα Κεύθου.

***) Il. β, 592 πόρος Λιχενοί.

†) Vid. Haack. ad Thucyd. I, 120.

nis caedem nisi clam lugere licet. Quum enim metuant ancillae, ne fundendis inferiis atque precibus a Clytaemnestra demandatis Agamemnonis iram in semetipsas concitent, a dira necessitate servitio sibi imposita excusationem petunt et clam saltem, quod palam atque aperte facere vetentur, dolori ex Agamemnonis caede concepto indulgere sese innuunt.

Lectionum hujus epodi tanta est varietas, ut criticorum sollertia hand parum exercuerit. — Ordo primariae sententiae parenthesi interruptae duplicitab ab interpretibus constituitur, prout aut conjecturam Butleri particulam *οὐ* ante *πρέποντ'* inserentis amplectantur aut in vulgata lectione acquiescant. Atque illi quidem vocem πικρὸν commate a verbis φρεγῶν στύγος ποντούσης sejungentes sic construunt: ἐμοὶ πικρὸν αἰνέσαι δίκαια ταὶ μὴ δίκαια βίᾳ φρεομένων, οὐ πρέποντ' ἀρχαῖς βίου, idque hunc in modum interpretantur: Mihi aequa pariter et iniqua eorum, qui vi agunt, haud convenienter origini vitae meae (liberae scilicet) laudare acerbū est. Ad rationes grammaticas nihil est, quod in hac interpretatione reprehendi queat, dummodo appareret, quomodo ancillae causam, cur justa et injusta dominorum facta probare acerbū sibi sit, eam possint afferre, quod urbe patria capta in servitutem detruse sint (ἀνάγνων γὰρ ἀμφίπολιν sqq.). Haec enim causa est, cur probare debeat, minime cur probare acerbū sit. Hac igitur lectione valere jussa, videamus, quomodo altera pars interpretum sententiam constituat. Atque hi quidem verba sic ordinant: ἐμοὶ πρέποντα (ἐστιν) αἰνέσαι δίκαια ταὶ μὴ δίκαια ἀρχαῖς βίου βίᾳ φρεομένων i. e. Me quidem decet justa pariter atque injusta facta dominis vitae meae, quum violentiae impetu rapiuntur, assensu meo approbare. Sententia sani coloris et quae nullo, puto, nomine impugnari possit. Neque enim in constructione verborum ἀρχαῖς βίου, βίᾳ φρεομένων haesitandum, quum verum sit, poetas in usurpandis, quos vocant, genitivis consequentiae, licentius nonnunquam versatos esse, cuiusmodi Homericā sunt: Odyss. i, 256 ἡμῖν δὲ αὐτεῖς κατεκλάσθη φίλον ἥτορ, δεσάντων φθόγγον τε βαρὺν αὐτόν τε πέλωρον. Il. π, 531 ὅττι οἱ οὐδὲ ἡκουσε μήγας θεός, εὐξαμένοιο *). Neque majori offensioni esse potest, quod in formula αἰνέσαι δίκαια ταὶ μὴ δίκαια ταὶς ἀρχαῖς βίου dativo ἀρχαῖς ut maluit poeta, quam quem nos exspectabamus genitivo, pendente ex verbis δίκαια ταὶ μὴ δίκαια, quippe e cuiusnam re laudatio fiat, significaturus. — Veruntamen quotiescumque hunc locum lego atque Scholiastae explicationem intueor, subnascitur mihi quaedam dubitatio, num recte sese habeat librorum lectio ἀρχαῖς. Scholiastae enim haec est explicatio: ἐμοὶ δὲ πρέποντα ταὶ ὀφειλόμενά ἐστιν ἀπαρχαῖς (sic) βίου τὰ τῶν βίᾳ φρεομένων αἰνέσαι πικρὸν φρεγῶν στύγος ποντούσην. Quid tandem, quaero, illud ἀπαρχαῖς sibi vult? Nonne scribendum ἀπ' ἀρχαῖς et in Scholiastae verbis et apud Aeschylum? At qui tandem fieri poterit? Per se patet, ἀπ' ἀρχαῖς jungi non posse cum πρέποντα ἐμοὶ αἰνέσαι, propterea quod verba parenthesi inclusa εἰς γὰρ οἴκον πατρῷων δοίλιον ἔσαγον αἴσαν docent, non statim ab initio vitae earum sortem tam acerbam fuisse, sed cum βίᾳ φρεομένων, ita ut sensus hic sit: Me quidem decet justa pariter atque injuste facta eorum, qui statim ab initio violenter in me grassabantur, assensu meo approbare **). Quac si recte dispu-

*) Quamquam hoc loco ἀρχαῖς in ἀρχαῖς facile mutari poterit. Atque hanc quidem lectionem Muellero I. I. receptam esse video.

**) Cfr. Suppl. v. 339, ubi cod. R. et Ald. eodem modo ἀπαρχαῖς praebent.

tata sunt, *βιον* delendum esse cum Muellero suspicor, quippe quae vox sequentis *βια* dittographia esse videatur.

Sententia primaria constituta videamus de parenthesi, qua causam, cur omnia dominorum facta, sive justa sint sive injusta, laudare debeant contineri manifestum est. Minus autem apparet, quemadmodum explicanda sit plurimorum codicum lectio ἀμφίπτολιν ἀνάγνω. Passovius in lexico ἀμφίπτολις interpretans: quod duabus civitatibus intercedit, ἀνάγνω de bello accipere atque omnino Scholiastam sequi videtur, cujus verba haec sunt: ἀμφίπτολιν τὴν ἐξ διαιρέσων πόλεων ἀνάγνην, ὅτι εστι, πόλεμον. Quae quidem explicatio ut equidem statuere nolo, utrum ex linguae usu ferri possit nec ne, ita illud hanc dubitanter negaverim, sententias ἀνάγνην γὰρ ἀμφίπτολιν θεοὶ προσήνεγκαν et ἐξ οἰκων πατρῷων δούλιον ἐξαγον αἴσαν particula γὰρ potuisse jungi, si prior id, quod illi volunt, indicaret. Quomodo enim abductio in servitium causa queat cogitari, cur dii bellum inter Graecos et Trojanos (sunt enim hae duea illae civitates) excitaverint, equidem non assequor; immo e bello prodiit servitium. Blomfieldi interpretatio: necessitas urbi circumdata, quum ab hostibus obsidione capta esset, eadem, quam paullo supra attigimus, particulae γὰρ in verbis ἐξ γὰρ οἰκων πατρῷων δούλιον ἐξαγον αἴσαν expediendae difficultate laborat. Butleri autem conjectura ἀνάγνω γὰρ ἀμφίπτολον nihil nisi jejunam quandam ingerit tautologiam, ut quae hancce praebeat sententiam: Dii enim necessitatem ancillarem (i. e. servitium) intulerunt, quippe qui ex aedibus paternis in servilem conditionem me abduxere. Alii denique ἀυτὶς πτόλιν se Jungunt atque hunc sensum in verbis inesse putant: propter urbem scil. captam dii dominorum facinora, sive justa sint sive injusta, probandi necessitatem imposuerunt, quippe quum in servilem conditionem me detruerent. Atque haec quidem explicandi ratio haud parum mihi arrideret, si potestas formulae ἀμφὶ πτόλιν additamento aliquo disertius declarata neque timendum esset, ne praepositioni ἀμφὶ cum accusativo junctae vim ab ea alienam tribuant, nisi forte ad Pindaricum illud provocant ἦ δέ τις ἀμφὶ Ἰόλαον ἵππομητιν, Pind. Isthm. 7, 12. Quae quum ita sint, in eam interpretationem abeundum esse censeo, quam video a Schuetzio propositam, ut ἀμφίπτολις ἀνάγνη, necessitas totam urbem circumveniens, de necessitate probandi omnibus urbis captae incolis communi accipiatur ejusque causa verbis ἐξ γὰρ οἰκων πατρῷων δούλιον ἐξαγον αἴσαν afferatur.

v. 78. δακούω δ' ἕνθ' εἰμάτων

Ματαιοῖσι δεσπόταν

Τύχαις, κρυψαίσις πένθεσιν παχνουμένη.

Assentior Schuetzio, qui ἕνθ' εἰμάτων non solum ex more, quo plorantes capita velabant, verum etiam magis eo consilio dictum esse censem, ne prodendo, quem ex Agamemnonis caede capiebant, dolore in Clytaemnestrae et Aegisthi odium incurrerent. Quae enim Klausenii opinio est, verba ματαιοῖσι δεσπόταν τύχαις de Clytaemnestrae fortuna ad ruinam vergente intelligenda esse, eam et antecedentia et sequentia κρυψαίσις πένθεσιν παχνουμένη falsam esse docent. Ceterum non opus est, ut Stanleji conjectura δεσποτᾶν pro δεσπόταν recipiatur, quum δαζούειν, ut Latinorum flere, etiam cum accusativo personae conjungatur. Causa autem deflendi additur dativo ματαιοῖσι τύχαις i. e. propter mortem temere, improbe illatam.